


ARCHIVES DE LA GRANDE CHARTREUSE



Chartreuse de Scala-Cœli

(PROVINCE DE CHARTREUSE)

Notes de D. Victor Nabantino pour
servir à l'histoire de cette maison

copie des manuscrits
de la Præmonstratens
à cette part. de la page 14

Memorias

Para a Historia

da

Real Cartuxa da Scala Coeli

Extra muros da Cidade d' Evora

Em Portugal

Por

D. Victor Francisco Ambantino, Monge

Professo do mesmo Mosteiro.

Manuscrit original de M. Nababine
conservé à la procure générale
cathédrale, en parchemin mesura
0,28 m sur 0,49 - n'est pas paginé un feuillet
de garde - puis le livre avec le titre et au
bas ses armes colorées. Il ne dit pas qu'elle
soit ses armes - Le feuillet blanc et les
extraits de Molin. —

Le catalogue est finis et de ce qui
ne sont que des notes mises en pen
sans sur la comme de ces ouvrages
à la gde chancellerie pendant qu'il était
assistante de 1851 à 1856. —

Monumenta Historica
Regiae Cartusiae Scalae Coeli
propè Eborac in Lusitania.

Liber Primus.

De Fundatione, Fundatore
et Benefactoribus ejusdem Domus.

Academia Parisiensis toto terrarum
orbe celeberrima nequaquam solis Regni
Francisci concluditur finibus, sed in morem
Aquilae ceteras regiones in quibus latina
floret eloquentia, supervolat. Quod suad.
quidem potest ipsa met experientia teste:
non enim est aliqua natio tam grandis

aut etiam remota quæ Parisios visendi ma-
ximo non teneatur desiderio, non tantum
ut ex aspectu tam inclytæ civitatæ et magnæ
delectetur, verum etiam ut in ea au-
diendo proficiat, et proficiendo audiat non
pervientes auribus magistros, sed conditos sal-
doctores, ita ut postea exclamaret omnis cum
regina Saba: major est sapientia et opida tua
quam rumor quem audivi.

(?)
ita

Et ne prolixior sint exemplis hæc de re pro-
videat sic unicuique proponam nempe illustrissi-
mi ac reverendissimi D. D. Eusebii a Bra-
gantia, Jacobi ejus nominis quarti Ducis Bragan-
tiæ filii. Is autem Eusebius primus est ac prin-
ceps in Regno Portugaliæ, et quidem dives valde
scilicet vitam millibus eruelonum vel aureorum
Portugaliensium in annis redditibus. At vero

subjicitur principatui tertia pars hominum
qui in Regno sunt ~~est~~ utpote quæ terris ipsis
pro domicilio fruatur, ut docet auctor sta-
tutum et imperiorum mundi. (pag. 141 et 164).

Itaque
Atque Eusebius parisiensis Academiæ stu-
dii ac doctrinis imbui volens suis valedicit,
atque exinde Portugaliæ recedit; cumque
per Cataloniæ provinciam ~~ita~~ haberet, ad
Cartusium Scala Dei libens divertit, quæ
est prope Caragonem a Serenissimo Idefon-
so Rege Aragoniæ fundatam, anno 1163, ut
supra meminimus, pag. 185. Is ergo Euse-
bius cum humanissime tum religiosissime illis
, invidiosus prorsus animi sensit,
percipitque voluptatem, sicut jam ^{et} ex tempore
hospitium apud ea firmavit de construenda no-
va atque adeo prima in Regno Portugaliæ Car-

ita
(?)

lucia si votis suis atque itineri sua pietate Deus
aspicere dignaretur. Interea Laxios venit Efe-
tonius, scholas frequentat, litteris incumbit in
quibus certo acumen ingenii sui palam sedit,
ut noster aliquando nobis testatus est Re-
verendus Dominus Hieronymus Marchant,
qui etiam tunc temporis in eadem Academia
litteris operam dabat. Præterea hujus viri
erat bonus odor, aiebat ille, quippe qui
honestè stipatus incedebat ac religiose compo-
sitos præ se mores ferret. Porro Cartusiam
(?) Vallis viridis frequenter invisebat, necnon
cum Patribus miscebat colloquia, quæ maxime
desiderium suum augebant, quod de Scala Cæ-
li erigenda in terris Portugaliensibus jamjam
conceperat. Verum sicut scriptum est: "qui
justus est, justificetur adhuc"; propterea ipse
Romam proficisci priusquam ad suos rediret,

adeoque unum e suis adimplere desiderium apud se
constituit, nempe ex animo cupiebat ad majorem
Cartusiam venire. Et quidem velut extremis la-
bis mel dulce Ordinis nostri in Domo Scala
Dei jam gustaverat: sed ad instar Jonathæ
filii Pauli qui extendit summitatem virgæ quam
habebat in manu et extendit in favum mellis
et convertit manum suam ad os suum, et il-
luminati sunt oculi ejus, majora tentavit cum
apud Lutetiam Parisiorum versaretur, si qui-
dem illi sæpius ad Cartusianos S. Brunonis
et Patris et Geddonis nostri filios ac milites
accessit, atque illis curvatis genibus bibit,
manu ad os, ut ita dicam hoc melle plena
(?) suavius projiciente verum enim vero ne-
que id satis est. Si quis sitit veniat ad Car-
tusiam majorem atque omnium Matrem et
primariam, veniat, inquam, et bibat, et flu-

mina de ventre ejus fluent aqua viva. Ingredi-
tur ergo Cartusiam pro animi voto pius illi nobi-
lissimus Cheotonius, ubi per aliquot dies mo-
ratus, saepe a R^o Lata Domino Lelio Sardo
tunc temporis Ordinis Quadragesimo Generali,
benignè ac humaniter receptus cum eodem et cæteris
Latibus familiariter conversatus atque illorum
sanctissimos mores et vivendi normam maximè
est admiratus. Cui cum desiderii sui imbi-
satis sedisset, quamprimum Romam pergere
non distulit, atque inde Romæ recessus in
Lusitaniam patriam suam, et Archiepiscopa-
tus Eboensis dignitate sublimatus (cuique
est annuus redditus viginti millium Ducatorum)
memorque proposito sui ac bona voluntatis
haud pigri ad executionem properat sui desiderii.
Quapropter in dies sedatus ille Paterfami-
lias, pro filiis suis Cartusianis thesaurizabat.

Non enim debent filii, ut ait S. Apostolus, pa-
rentibus thesaurizare, sed parentes filiis. Hæc
sufficiant quod pertinet ad primos tanti viri
motus et prima desideria ut coloniam Cartu-
sianorum in patria sua collocaret. Si au-
tem quis majorem de his rectitudinem per-
contari velit, epistolam legat quam scripsit
ipse ad Gregorium XIII Summum Pont-
ficem, quæ affixa est libello S. Martini
nostri Ordinis in Anglia, typis mandato
Burgis. Sed ad rem redeamus.

Illustrissimus ergo Eboensis Archiepiscopus
Cheotonius, cum nolle in re tanti momenti
moras trahere longiores, sed quam primum
velle ob oculos Lusitanorum athletas Chris-
ti ponere, quos antea in toto Portugalia
regno minimè vidissent, supplicat nostro
Capitulo G^o, anni 1587, ut sibi Venerabilem

Patrem Ludovicum Eelium professum et priorem
Cartusiae Scala Dei, in Provincia Cataloniae, con-
cedat in proximum Priorem ac Directorem Domus
quam in sua Diocesi velle edificare. Annuit
Capitulum G^o piissimi Praesulis petitioni, adeo-
que praefatum Dominum Ludovicum Eelium
constituit Priorem, illique nova plantationis cum
potestate eligendi duos Monachos et duos fra-
tres Conversos ex quacumque domo Cataloniae
provinciae secum deducendos.

Interim idem Dominus Archiepiscopus ob-
tinuit a Serenissimo D. D. Philippo Por-
tugalia Rege 1^o et Castellae 2^o (ex litteris e-
minentissimi Cardinalis Alberti Archiducis Aus-
triae et postea ^{Quidam} Flandriae tum Gubernatoris da-
tis Ulesiponce 3 Feb. 1587) facultatem edi-
ficandi praefatum Monasterium Ordinis Castu-
siensis, et ut per septennium novi coloni possunt

commorari in suo regali palatio dictae civitatis
eborensis, donec commoda habitatio infra die-
tum septennium pro novo coenobio Scala Coeli
construeretur.

Itaque die septima mensis Novembris, anno
praedicto 1587, supradictus Dominus Archie-
piscopus in praesentia Joannis de Cunha, No-
tarii Apostolici, et coram multis nobilibus ac
melioris notae testibus produxit Venerabilem
Patrem Ludovicum Eelium, quem in Pri-
marium suae Cartusiae Priorem ^{elegit} ~~degerat~~ ab-
que postulaverat, et simul cum eo praesen-
tavit Venerabiles Patres Dominum Hiero-
nymum Ardium in Procuratorem et Dom-
num Franciscum Minrose monachos pro-
fessos Scala Dei, quibus tam suo quam
suae provincia Cataloniae atque imprimis
R^o Patris G^o nomine praesentibus dixit:

quod ipse ad laudem S. S. Trinitatis et Virgi-
nis Deiparae in augmentum divini cultus
et obsequii, in beneficium et remedium sa-
lutemque anima sua parentumque alio-
rum pro quibus tenetur, tam ad excitan-
tam fidelium devotionem, tam demum ad
excitandos peccatores ad contritionem et pne-
nitentiam: a multis vero annis saepius ex-
optabat ut in Lusitania regno Sanctissi-
morum Cartusianorum Ordo introduceretur
et in eo esset et floreret prout in aliis
Galliae, Hispaniae et Italiae regnis efflo-
rebat. Quod ut exitum suum habere
possit ipse decessit coram eis fundam in
civitate sua eborensi Cartusiam similem
prorsus Cartusiae Scala Dei sita in Ca-
talonia, eo quod hae omnium esset quas
vidisset, prima, non sine maxima sui cor-

vis animique exultatione ac voluptate. Quamob-
rem praefatis Venerabilibus Patribus supplicat ut
eo nomine quo supra voluntatem suam Benig-
ne susceperant, necnon ceteris ad id vocatis praes-
entibus, ut ipsi horum omnium dignaretur me-
minisse.

Fundavit igitur praedictus illustrissimus Ar-
chiepiscopus praefatam domum, elegit, cu-
ravit, construxit, et dotavit sub modo, for-
ma et conditionibus sequentibus.

Impunitis interim dum locus occurreret
aptior extra et prope Urbem Eborensis
ordinavit constituat jam in dicto Palatio
regio usque ad beneplacitum regiae Ma-
jestatis: ut dicta Domus sub invocatio-
ne et titulo Beatae Virg. Deiparae Scala
Dei perpetuo nominaretur; ut etiam

maneat incorporata Provincia Catalonia do-
ne in Regno Lusitania per se constituatur,
ut semper perseveret sub perpetua obedientia
Domus Majoris Cartusie qua Mater est prin-
cipium secundum Felum totius Ordinis
Cartusianorum, et nullatenus ullo unquam
tempore ex ulla quavis urgentissima causa
in toto vel in parte separaretur, recederet
et eximeretur, etiam si cetera Domus Car-
tusiana et provincie hispanie casu vel
facto aliquo, licet licite a Magna Cartu-
sia divisa et exempta essent; atque in
recognitionem perpetue obedientie et sub-
jectionis teneretur illi sexaginta libras ^{oro}
re alba ad Missam de Domina celebra-
das annis singulis prestare et quod nullus
in hac Cartusia admitti posset qui fuerit in

quavis alia religione professus (et ut nullus
in hac Cartusia ^{resideretur} admitti posset qui a Judais,
Mauris vel Caracenis origines traxerit. Quod
si contigerit aliter aliquando evenisse profes-
sio nullius roboris ac momenti, ipsaque per-
sona confestim ab Ordine expellenda) et quod
quotidie celebrantur pro intentione dicti D.
Archiepiscopi in prefata Cartusia Scala
Sui due missa defunctorum, et cum aliis con-
ditionibus in instrumento publico foundationis
hujus contentis cartae et expressis.

Edidit autem idem R. R. D. D. Archiepisc-
opo dotacione hujus Domus eborensi et pro sus-
tentacione Religiosorum et fabricae et pro
aliis oneribus duo millia aureorum in pepe-
tuum in moneta currenti dicti Regni Lusi-
taniae; videlicet aureos mille in annuis red-

pecuniarius, et alios mille vel in similibus
ditibus, vel prædus frumentarius aut aliter
reditibus, vel modis.
frugiferis. Quamvis hoc ita se habeat,

ut et in instrumento patet, attamen redditus
ita
quod domus illa et donationibus illustrissimi
fundatoris recipit ad tria millia aureorum
perveniunt. Insuper expendit in fabrica
dicti Monasterii, quod ex majori parte æ-
dificatum reliquit, ultra sexaginta millia
aureorum. Est enim ædificium religiosum
et sanctum valde, sed amplum et magnifi-

(?) cum ita ut qui illud ad ^(sic) quod statim
magnificentiam tanti Fundatoris expadescant.
Ex quibus duobus millibus aureorum mille et
quingentos assignavit pro expensis, reliquos
vero quingentos pro fabrica ipsius Monasterii.
Donavit etiam omnes expensas quas fecerat
et faciebat in construendis et aptandis ædificiis.

dicti Lalatii regii in quibus jam aureos duo
millia nonaginta consumpserat. Donavit
insuper in perpetuum Custodiam argenteam
ad Sanctissimum Eucharistia Sacramen-
tum deferendum. Imaginem argenteam,
calices similiter argenteos cum patenis,
cruces, candelabra, thuribula, et reliqua
vasa argentea tanti valoris, ut si omnia
æstimentur, valorem trium millium au-
reorum excedant. Ornamenta etiam sacer-
dotalia et Altarium atque Ecclæ ornamenta
serica et auro et argento confecta ad valo-
rem duorum millium aureorum. Donavit
quoque in perpetuum omnia mobilia et
suppellectilia ad dictam domum necessaria com-
parata et comparanda, in quibus usque ad
illam diem fere quatuor ^{mille} millia aurei ex-

pensi sunt. Promisit etiam dare quandiu
Archiepiscopus esset Eboensis ultra quingen-
tos aureos suprascriptos, alio duo millia au-
reorum singulis annis pro nova domo
erigenda et fundanda in loco competenti.

Hæc desumpta sunt ex publico instru-
mento fundationis hujus Cartusie Scala
Dei, anno 1587, die 7 Novembris, per
Joannem de Cuzca, Notarium Aposto-
licum confecto, ejus fundationis ac
Dotationis instrumentum confirmatum fuit,
a nostro Capitulo G^o, 20 maii anno 1588,
et dicta domus nova plantationis sub
invocatione B. Virg. Deipara Scala Dei
Ordini nostro incorporata. Enimvero dif-
ficile esset, ne dicam impossibile operam
laboresque continuos talis et tanti Præsulis,

calamo describere, imò ne ^{are} credero in ædifica-
tione hujus sue domus quos nec ipse crede-
rem, ut verum fatear, nisi per Ven. Domn.
Bertrandum Mora^{ie Morcl} tertium ejusdem Domus
Scala ~~(Dei)~~ Cæli Priorem factus certior
fuissem, et certe tunc temporis qui prior
illuc erat titulo gaudere videbatur, sicut
sola hæc ipsi cura remansit, officii divi-
ni, scilicet: Procuratoris vero, lectionis col-
loqui ac thuris in Ecclâ ministrandi. Ete-
nim piissimus ille Dñs Archiep. hanc
sibi Provinciam vindicabat, ipsos nimirum
religiosos vestiendi, alendi et fovendi in
tantum ut pistantias quam devotissime etiam
ipse disponeret Monachos, ^{invigilet} atque dirigeret
ac demum super his quæ ad fabricam
pertinerent assidue vigilaret, adeo ut heb-

domadib' singulis propria manu operarius
mercedem daret. Cetero non immerito sibi
attribuere symbolum istud poterat: "Je-
sus domus tua comedit me." Multa
etiam alia bona idem Ill.^{us} Fundator
successu temporis dedit, pro hujus Do-
mus foundatione usque ad annum 1602,
in quo obiit, 29 Julii, habens plenum
cum psalterio Monachatum et Mis-
sam de Beata Maxia per totum
Ordinem et triginta Missas in Do-
mo Cartusie.

(Molinus. Hist. Cartus. p. 1073).

Postea sequitur Vita Theotonij a Braganza,
cujus transcriptionem omisimus, cum ab Ephemeris
dibus sit excerpta. Cf. Ephem. Cart. Vol. II. p. 548.
[xxviii die Julii.]

Anno Dni 1588 datum est a Cap. G^o, cujus
Scriba fuit V. L. D. Nicolaus Gillibertus de-
cretum confirmationis foundationis Regalis Car-
tusie Scalae Caeli prope Eboram in Lusitania.
Ex serie L. D. Scribarum Cap. G^o, quae extat
Ms. apud Majorem Cartusiam in Codic. Mis-
cellaneorum, in 4^o.

... O Governo (de Portugal) acaba de fazer
aquisição da quinta (a cerca da Cartuxa d'E-
vora) e pertencas, dando á Casa pia Beasatis
contos de reis pela posse que esta tinha, como
pertença do Cardinal Rey. Que ali, dizem, que-
rex estabelecer escola agricola, ou quinta espe-
rimental (isto é mais um nicho para afilhados).
Que ^{cu} sabendo disto, e vendo que tudo pouco a
pouco iria para a destruição, que já tem
sofrido a maior parte das propriedades que
ali havia, pedi, instei, e consegui removelã na-
ra a minha Igreja a bella e primorosa Im-
agem do Patriarca S. Bruno, este portento
de esculptura, que estava na casa do capi-
tulo (que ha annos servia de celeiro) trazen-
do juntamente os restos do rico entalhamento

do altar aonde a Imagem estava, e digo os restos,
porque o melhor, bem como os preciosos Quadros
que ali avia, tudo já fora roubado ha annos.
Digo- the pois que aquella veneranda Imagen
está hoje decentemente collocada na igreja de S.
Francisco, e que seria o dia mais feliz da minha
já cansada vida aquella em que eu pudesse fa-
zer a entrega della a seus filhos, vindos res-
tituidos á sua Casa, porque so' então eu
julgaria que Deos tinha suspendido os casti-
gos a este pobre Reino.
Vendo isto sobrescripto me participou o R.^{do} Sr.
Antonio d' Assumpção, ^{Freguesia} Jelles Prior d. ^{de} Freguesia de
S. Pedro d' Evora ^{um} em cartada R.^{da} Sr.^a D. Lui-
za Angelica da Visitação, Religiosa Capuchinha
do Calvario d' Evora, a 16 Agosto de 1862.

..... A respeito do seu Convento (a Cartuxa d' Evora) digo. thá com bastante magua do meu coração, que so' tem as paredes e telhados por ser obra fortissima; tem estado de posse della a Casa Lia, mas agora dizem que se poem em praça, e que o querem comprar para fazerem ali aprender agricultura, enfim meu prezavissimo L.^o, deitao. se as vistas ao longe como para o perto: está avaliado em quatorze contos, doze o terreno, e dois o edificio. Religiosos sens so' existe D. Bruno, e o Sr. José de Villa de Rei.

Isto me foi escripto por D. Luiza Angelica da Visitação, Religiosa Capuchinha do Calvario d' Evora a 29 de Outubro de 1858.

Epistola scripta a L. D. Victore Francisco Nabantino ad R.^{dm} Patrem J.^{lm} Ord. Cartusiensis D. Joannem Baptistam Morlaix.

Notro Reverendo in Christo Patri Generali S. I. Cum dux Pragantia (qui obiit die 24 hujus mensis) regens hujus Regni omnia monasteria, conventus et hospitia omnium Religiosorum cujuscunque Ordinis, Regulae, professionis, denominationis, hoc in Regno existentium, per decretum suum regium (Datum die 30 mensis Maii hujus labentis anni) extingueret; et bona cuncta eorundem Religiosorum cum bonis propriis nationis conjungeret; unusquisque religiosus (etiam et ego) domicilium, quo decantius vivere posset, quaesivit; idcirco sororis meae Donum petii, ubi usque nunc inhabito.

Idcirco Vestram Laternitatem Reverendam interrogo
quid hic et nunc facere debeo; quia ad omnia,
quae tu volueris, paratus sum. Filius ac sub-
ditus tuus sum, et quodcumque tu volueris, volo.
Evidenti dispositioni tuae me totum humiliter
subjicio.

Responsum mihi breviter mitte in civitatem
Thomae in Regno Lusitaniae.

Laternitatem Vestram in Christo Reverendam
ad regimen solatiumque totius Ordinis nostri
Dominus per plurimos annos incolumem servet.
Datum in Civitate Thomae in Regno Lusita-
niae, Calend. Octob. anni millesimi octingent-
tesimi vigesimi quarti.

Vester humiliss^{us} ac obediens^{iss} filius et subditus.

D. V. P. D. N. S.

Recebi a resposta do nosso R. D. General em 28 de Nov^{bre} de
1834.

Ordens feitas pelos R. D. Visitadores na Car-
tuza d' Evora

Que o R. Prior não venda trigo, nem semente, nem
cevada, sem primeiro consultar os officiaes, e nome-
nos o R. mais antigo. folh. 17.

Que o R. Prior não arrende herdade consideravel, ou
mande fazer obra sem primeiro consultar a co-
munidade. folh. 38.

Que o R. Prior de todos os annos um cesto de uvas
aos R. C. fol. 44.

Que no Octavario do S. S. Sacramento pela manhã
señão ^{enseña} lensem o Sacramento señão pelas nove horas,
e então se fará signal com o sino. folh. 16.

Que as culpas particulares se reconhecão, ao me-
nos uma vez cada mez. folh. 16.

Que as Missas do R. D. Secretario se digão pelos

Monges, e não pelos seculares. folh. 9.

Que os Novos Professos não vão a passeio com os
P. P. antigos, e que não sejam visitados, nem vi-
sitem nas molestias, e que não sejam visitados dos
seculares, salvo parentes mui proximos. folh. 58.

Que o L. Prior dê aos Monges no inverno duas
cargas de lenha. folh. 44.

Que o P. Prior dê todos os annos aos L. P. um
cento de laranjas da China, e das mesmas se
façam os presentes - folh. 30.

Que se faça todas as semanas um dia Confes-
sionaria de Moral, e que todo o que ^{faltar} faltar faça
abstinencia a pão e aqua. f. 40.

Que na Quaresma se não toque a passeio se não
depois das duas horas - folh. 32.

Depois da supressão das casas religiosas em Por-
tugal, e justamente no anno de 1837, tendo uma
Juia de homens e mulheres ido á nossa Cortuxa &
Evora para fazerem lá um jantar, ^{nutrição} puseram a mesa
na igreja velha, em cujo altar nôr estava uma ve-
neranda e ^{sagrada} sagrada Imagem de Nosso Senhor Chris-
to Crucificado, de grandezza natural. Depois de
terem bem comido e bem bebido, começaram a
fazer hombaria da dicta sagrada Imagem,
dixendo que estava com febre, porque estava
desmaiado. E João de Santanna por alcunha
Amarello, cidadão d' Evora, como mais atrevido,
subio a cima do altar para tomar lhe o pulso,
e dar. ^{beijo} lhe um beijo por escarneo. Mas oh justiça
de Deos! Logo immediatamente ficou sem ^{falla} fallar,
e todo espavorido, que mettia medo a quantos o
vião, e foi levado em braços para sua casa

ma cidade, e esteve tres mezes sem poder fallar. Depois Nosso Senhor permittio que elle se arrependesse, e restituiu-lhe a falla, Convertido entao e fallando deixou os rendimentos da sua quinta para se dizerem Missas todos os Domingos e dias Santos de agravo de tal delicto feito contra Deos. D'ontao em pois não quizerão fazer mais assembleas na cartuxa por isso que este acontecimento causou espanto a toda a Cidade d' Evora. Depois as Senhoras Mesquitas mandarão fazer uma cruz muito rica para mudar para ella a milagrosa Imagem, e pô-la no altar mór da nossa igreja nova, mas deixavão-na lá um dia, e na manhã seguinte achava-se no seu antigo lugar, e fazendo isto muitas vezes, e vendo que era cousa prodigiosa, deixarão-na estar no mesmo sitio.

Divulgada a fama deste prodigio tem vindo gente de muito longe visitar a Sancta Imagem do Crucificado. Agora a nossa Cartuxa está bem conservada, porque o governo quiz vendê-la, porém o Marquez de Loulé oppoos que não devia ser vendida, mas que devião ser applicados os seus rendimentos para a Casa pia d' Evora, e assim foi. Depois mandarão pôr em praça algumas xirivas, que havia na igreja, a quem por menos as queria fazer, e concertar; e dizem que tudo está bem arranjado, porque as muralhas estavam todas arruinadas, mas o Rei-itor da Casa - Lia tem mandado concertar tudo. Estas sobreditas noticias me foram mandadas por Frei José de Nossa Senhora da Escada do Ceo, Donato (que tem mais de 50 annos d' idade)

da referida nossa Cartuxa d'Evora, em data
de Villa de Rei, 16 de Marco, 8 de Junho,
e 12 de Novembro de 1854.

V. Nab anteno passa em uita

79 pagas et met alo id por
catulo que era priuicars -
e ueront quida notes.

Catalogus

Priorum regiae Cartusiae Scalae Caeli.

Venerab. Patre Dominus Ludovicus Chelms, Ca-
talonus Illerdesus, Monachus, professor Scalae
Dei Cataloniae Provinciae, qui cum esset Prior
dictae domus suae professionis, ad instantiam
Ill. D. Theotonii Archiepiscopi Eboensis &
Cap. G^{ci}, anni 1587, ab officio suo absolutus,
missus est ad istam domum fundandam, et dis-
cessit a Domino Scalae Dei 19 maii 1587, una
cum Venerabilib⁹ Patrib⁹ Domino Hieronymo
Cirdio et Domino Francisco Mourio, religiosi
ejusdem domus, et Frater Joannes Velis, conver-
sus, qui accesserunt in palatio dicti D. Arch^{iepi}

usque ad octavam diem Septembris ejusdem anni;
hac autem die ingressi sunt Cartusiam Eboracensem
quam dictus D. Archiepiscopus preparaverat in
palatio regio prefata civitatis, de licentia, ut dixi,
Serenissimi Domini Regis, ubi idem Pater Dñus
Eodem suscepit possessionem sui Prioratus, et
praefuit huic domui usque ad diem 14 maii 1592.
Fuit etiam Prior Scala. Dei et Aula. Dei, et Rec-
tor Ulyssiponis, et obiit die 15 Augusti anno Dñi 1598.

(Molin. p. 1077)

V. L. D. Guillelmus Lethus Dural, 2^{us} Prior
Cartusiae Scala. Dei obiit anno Dñi 1594 vel 1595.

V. L. D. Joannes B^{na} Billot, Valentinus monachus
professus Dⁱ Vallis Christi, provincia Catalonia,
praefuit a die 16 Maii 1592, usque ad finem
mensis Septembris 1593, eo quod compulsus fuit
vel exercere prioratus officium dictae domus Vallis X^{ti}.

sua professionis, ac Provincia Catalonia Visi-
tatoris, tempore hujus Patris, illustrissimus
D. Arch^{us} Jecis prima fundamenta hujus nova
Domus, 23 martii 1593, ac idem D. magnificus
Fundator. (100) —

Joannes B^{na} Billot, Prior 2^{us} —

V. L. D. Joannes B^{na} Billot, Valentinus, Mo-
nachus Professus Dⁱ Vallis X^{ti}, provincia Catalo-
niae, praefuit a die 16 maii 1592, usque ad fi-
nem mensis Septembris 1593, eo quod compulsus
fuisse exercere prioratus officium dictae Domus —
Vallis X^{ti} sua professionis ac Provinciae Cataloniae
Visitatoris. Tempore hujus Patris, Ill^{us} D. mag-
nificus Archiep^{us} Jecis prima fundamenta hujus
novae Dⁱ, 23 martii 1593, ac idem D. Fundator
primariam lapidem Benedixit, Dñica in Albis,
25 Aprilis ejusdem anni 1593. Fuit etiam

Prior Porta Caeli & Vallis L.^{is}, ac Visitator Catalonia, obiit, die 18 Decembris, anno reparata salutis 1605.

(Molin. p. 1077).

Franciscus de Castill.

V. P. D. Franciscus de Castill, Professor Cartusiae de Covis, fuit, Prior Dⁱ Granatae, obiit, Prior Dⁱ Scalae Dei Caeli, anno gratiae 1609 vel 1610.

Bertrandus Morel, prior 3^{us}.

V. P. Bertrandus Morel, Gallus, religiosus prof. Montis Dei, provinciae Picardiae, ibique missus a R^o Patre D. Hieronymo Marchant, tunc temporis Prior Cartusiae, Generalique mitissimo, qui eum in Priorem Scalae Caeli instituit, die 20 Junii anno 1594. Pervenit noster Morel ad istam novam Scalam Dei 3^o Julii anno 1594, in qua praefuit bis sex annis us.

quae ad diem 3 Junii 1606. Tempore istius Patris Monachi degentes in palatio regio dimidio mensis Septembris 1598, ad novam Domum translati sunt et Morel ad suam professionis Domum reversus est, obiit, die 28 Novembris anno 1623, et vixit 60 annos in Cardine. (Ex Charh. Cap. 1623).

(Molin. p. 1078,

Bertrandus Morel Lotharingus natus an. 1543, in viculo quodam districtus Verdunensis, traditus litteris, non a parentibus qui plebei erant et non ita fortunati, sed a cognato quodam germano suo, patris sui videlicet, nepote qui ex monacho olim canonico Exemontensi, et Abbate S. Pauli Verdunensis, ad Episcopatum Verdunensem cessionem Cardinalis Lotharingi ascendit, anno 1548. Vocabatur Nicolaus Esiaume, vir religionis et eruditionis celebris, S. V. Doctor qui suffraganibus meritis coelectus est ad hanc dignitatem: quique

postea Concilio Tridentino, cuius scripsit, Histo-
riam, interfuit. Vix magnus Antistes, qui multos
libris typis mandavit, multa sua dioecesis re-
formavit monasteria, restauravit episcopal pala-
tium. Demum ad beatam immortalitatem mi-
gravit an. 1578, de Ordine nostro et de Monte
Dii bene meritus.

Hic igitur nostrum Morellum in scholis aluit
primum Parisiis, deinde Colonia Agrippinae, ubi
Cartusianos et maxime Laurentium Surium
frequentans iisdem coepit affici, cursuque philo-
sophici studii abrupto statim ibidem in dui mo-
nastico schemate; sed cum voluntatem apernis-
set, restiterunt Patres veriti ne mæcenas cogna-
tus molesti ferret. Cumque importunis iteratisque
lacrymis habitum Ordinis quæreret, ei suaserunt
ut se transferret ad aliam domum solo patrio vi-
ciniorem. Missus itaque ad Montem Dii, a R^{mo}

Patre D. Bernardo Carassi ad Ordinem suscipi-
tur inductus anno 1565 et anno altero recurren-
te, die 15 Sept, vota monastica nuncupavit.

Paulo post, minorib^{us} mancipatus officii factus est
Procurator. Verum cum ad majora idoneus candor
magis et integritate vite quam deperata experientia
et solertia videretur, cum vix sexennium in Ordi-
ne haberet, anno 1572 electus est Prior Montis Dii.

Anno 1592, præ solitudinis et vite tranquillioris
amore ad suas instantissimas preces absolutas,
post biennium a R^{mo} Patre Hieronymo Mar-
chant, evocatur ad Majorem Cartusiam; qui
ubi ad hanc primariam Ordinis domum perve-
nit, statim Prior Eboensis delegatus est in
Lusitaniam. Non pigebit, hic subijcere litte-
ras commendatitias R. P. Hieronymi, scriptas in
Berthandi gratiam, quarum talis est
tenor

F^r Hieronymus humilis Prior Cartusia, etc. V. L. D.
Berfrando Morello prof. domus Montis Dei, Priori no-
vae Dⁱ Scalae Coeli sita in Eboresi civitate regni
Lusitaniae, salutem, etc... Quoniam ill^r ac R^o Archiepi^s Ebo-
rensis, amplissimus Fundator ac dotator
dictae domus instantissime petiit ut eidem domui
sua praeficeretur aliquis Prior Gallus, et simul
cum illo illuc mitterentur aliqui tam monachi
quam conversi et donati similes galli, ideo Capi-
tulum nostrum G^o, ut praedicti R^o Archiepi^s et
Fundatoris tam pio et ferventi desiderio satisfaceret
vos instituit Priorem dictae domus Scalae Coeli, ad
quam praesentium tenore vos mittimus; vobisquae
adjungim^r D. Edoardum Bairbank compromissum
vestrum et fratrem Jesson ejusdem domus Montis Dei
donatum. Vobis tribus ob meritum S. Obedientiae in-

jugentes ut ad dictam domum Scala Coeli acce-
datis juxta desiderium et intentionem praefati
Ill^r fundatoris. Vestra religiosa et exempla-
ri conversatione novellas plantationes dictae
domus excitaturi ad Cartusianae disciplinae et ob-
servantiae (qualem in Majori nostra Cartusia
vidistis et in vestra domus^o Montis Dei servastis)
ferventem amorem et custodiam sicut de vobis
confidimus. Mandantes, et quatenus opus esset
praecipientes omnibus ac singulis Monachis,
Conversis ac Donatis in praefata D^o commo-
rantib^r, ut vos D. Berfrandum sibi per Cap^{l^m}
assignatum Priorem affectu filiali suscipiant,
amant, revereantur; vobisque debitam reveren-
tiam, obedientiam et animo impendant, eo-
piosum fructum ab eo percepturi, qui pro vo-
bis obediens usque ad mortem factus est. Com-
mendamus autem vos non vulgari affectu omnib^r

ac singulis Priorib⁹ et Officialib⁹ d'no^rum Ordinis per quasunque vos transire contingeret: ut vos et sola obedientia et charitate tam laboriosum et longinquum iter percurrentes humaniter excipiant omnique hospitalitatis et fraternae caritatis officio vos prosequantur, etc.

Cartusia, die 20 Junii 1594.

Alias quoque litteras ad V. D. D. Ludovicum Celsum olim ejusdem Dⁱ Scala Caeli Priorum scripsit, ut cum Bertrando sanctam iniret amicitiam, eique consilium impenderet ac favorem. V. in X^o D. D. Celmo novae plantationi in Urbe Ulyssiponensi Rectori et Promotori.

Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto,
Dño Deo et Regi nostro aeterno;

Et in eo V. Data praesentium dator is est, qui per Chartam Capⁱ G^o designatus est

Prior nova Cartusia Scala Caeli, qui viginti annos laudabiliter praefuit celebri Domui Montis Dei in Prov. Picardia, cujus Dⁱ est professor, et multis annis comvisitator ejusdem Provinciae extitit. Qui etiam propter meritum et amorem obedientiae longam hanc peregrinationem in regionem ignota sibi lingua libenter suscepit. Quem per se satis laudabilem et commendabilem ex abundanti vobis commendamus, ut, in quibuscumque vestro indigerit consilio vel auxilio, ipsi prompti ac charitative assistatis, sicut etiam in promovenda Ulyssiponensis domus adificatione. Ipsius consilio non inutiliter uti poteritis, cum et rerum experientia et ingenii prudentia ac maturitate polleat. Insuper Illi ac Rev. Archiep. Eboracensis gratissimum subebit, cum intellexerit vos

mutuo invicem amore prosequi, mutuisque consi-
liis javari. Quod etiam Cardinalem Seren. et
alios Vestrae Dⁱ Ulyssiponensis praecipuos pro-
mota, ingratum non habituros confidim⁹, et
et speramus id cessurum ad Dei honorem,
Cardinis, etc. ----- (finis desideratur)

~~~~~  
Petrus Bruno, 4<sup>us</sup> Prior.

~~~~~  
V. L. D. Petrus Bruno, Lusitanus et protomo-
nachus, monachus ^{mochofus} hujus novae plantationis, pra-
fuit a die 3 junii 1606, usque ad mensem apri-
lis 1609. Fuit hic V. L. multis sane virtuti-
bus exornatus, optimusque Cartusianus, qui obiit
23 februarii 1619, et post paucos dies quadam
herba sylvestris e medio sepulchri illius exorta est,
quae in quatuor partes divisa, non sine maxima

humidorum, religiosorum, quam etiam secularium
omnium, religiosorum et secularium admiratione
ejus sepulchrum pretiosissimo illo crucis signa-
culo pulchra et mirifice decoravit.

Fuit ille primus et ut ita dicam omnium Lu-
sitano-um antesignatus D. Petrus Bruno sa-
cerdos Illustⁱ Fundatoris Capellanus, et elec-
mosyn^{is} pauperum distribuendis deputatus, vir
valde devotus, meditationi et contemplationi ab
incunte aetate perquam deditus, hic tantorum
Patrum conversatione permotus habitum petiit
et accepit in ipso die quo Patres primi Domus
possessionem acceperunt. Hic est ille de quo
supra memoratur illud notabile novae herbae
nascentis post obitum in ejus sepulchrum.

(Molinus, p. 1078).

~~~~~  
Franciscus de Castillo, 5<sup>us</sup> Prior.

V. L. D. Franciscus de Castillo, Castellanus, be-

ligiosus professor Dominus de Saulvari provincia  
Castella fuit electus in principio mensis Aprilis  
anno 1609, et praefuit usque ad diem 13 ju-  
lii ejusdem anni in qua obiit. (Molin. p. 1078).

Alphonsus de Cansero, 6<sup>us</sup> Prior.

V. L. D. Alphonsus de Cansero, Castellanus, mo-  
nachus prof. domus de Xeritio, provincia Castella,  
electus fuit 24 maii 1614, et praefuit usque ad  
diem 14 julii 1618. Obiit autem an. 1621, vel  
1622, ut legitur in Charta Capitulari, an. 1622.  
(Molin. p. 1078).

Franciscus de Caranca, 7<sup>us</sup> Prior.

V. L. D. Franciscus de Caranca, Castellanus, mo-  
nachus professor S. de Covis, provincia <sup>de</sup> Castella  
fuit missus a Cap. G<sup>o</sup>, an. 1618, et praefuit us-  
que ad mensem Octobris an. 1621, in quo fuit

electus in Priorem domus suae professionis.  
Voi cepic avout 1626 <sup>28 Janv</sup> (Molin. p. 1078).

Basilius de Faria, 8<sup>us</sup> Prior.

V. L. D. Basilius de Faria, Lusitanus,  
Ulyssiponensis monachus, professor hujus domus,  
fuit electus die 19 Octobris 1621, et in officio o-  
biit 5 Aprilis an. 1626. Puit alias Prior domus  
Vallis Misericordia prope Ulyssipon.  
le suivant fait voir qu'il faut lire 1625 ou au suit mis  
1626 on a corrigé la correction ~~antérieure~~ <sup>(Molin. p. 1078)</sup>.

Thomas Ludovicus, 9<sup>us</sup> Prior.

V. L. D. Thomas Ludovicus Lusitanus, monachus  
professor hujus Domus, fuit electus die 24 apris  
1625, et renuntiavit 21 maii 1626.  
Le 7 sept. 1625 le R. P. lesdits et l'évêque a répondu  
à la confiance que lui ont témoigné les religieux  
1625, 30 oct ~~autre lettre~~ (Molin. p. 1078).

V. L. D. Joannes B<sup>ta</sup> Mandacius (vel Man-  
dacijs?) professus Cartusie s. Stephani  
et Brunonis & Nemon, cui praefuit nemon  
romil? Ladula et Lisarum fuit etiam visita-  
tor Provinciae S. Brunonis, et Commissarius  
Provinciarum Hispaniae, et obiit Prior D<sup>s</sup>  
Eboracensis, die 17 Octobris, anni 1640.

Antonijs Coelho : 10<sup>m</sup> Prior.

V. L. D. Antonius Coelho, Lusitanus Eboracensis,  
professus ejusdem S<sup>s</sup>, cum esset Procurator D<sup>s</sup>  
Ulyssiponensis, fuit electus 26 maii 1626, praes.  
Lu. oct. 1626 de R. P. Lepidius de non datus,  
fuit autem dicta Domui usque ad mensem Aug<sup>o</sup>  
gusti anni 1631, et in Charta Cap. G<sup>er</sup> hujus  
anni, absolutus fuit ab officio Prioris et institutus

Prior D<sup>s</sup> Ulyssipon. Postea restitutus est in Priorem  
dicta domus sua Eboracensis (Molin. 1078), in quo officio obiit  
anno 1647 vel 1648, habens Missam de B<sup>ta</sup> per totum Or-  
dinem, et Charta Cap. G<sup>er</sup> an. 1648.

Thomas Ludovicus : 11<sup>us</sup> Prior.

V. L. Thomas Ludovicus iterum a religiosis  
ejusdem D<sup>s</sup> electus fuit in Priorem hujus D<sup>s</sup>  
in principio mensis Augusti 1631, et nunc est  
in presenti anno v. scilicet hodie  
officii curam exequitur an. 1633 10 Decemb. 1633.  
(Molin. 1078)

V. L. D. Bernardus Gorol, prof. D<sup>s</sup> Scalae Dei  
obiit Prior D<sup>s</sup> Eboracensis, die 15 maii an. 1645.

V. L. D. Alvarus a Fonseca, prof. Cartusie  
Scalae Coeli, prope Eboram, fuit primum Prior  
D<sup>s</sup> Olixiponensis, deinde memorata D<sup>s</sup> Eborae, in  
quo Priorata obiit, an. 1663 vel 61, namque  
ejus obitus legitur in Charta Cap. G<sup>er</sup> an. 1667.

V. L. D. Franciscus Sequera, professus et Prior  
praefata D<sup>s</sup> Eboracensis, et obiit an. 1668 vel 1669.

Ejus obitus annuntiatus in Charta Cap. Generalis  
an. 1669.

- ~ V. L. D. Emmanuel a Resurrectione, prof. dictae  
D. Eboensis, cujus fuit etiam Rector, et obiit  
anno 1675 vel 76. Ejus obitus legitur in Char-  
ta Capitulari an. 1676.
- ~ V. L. D. Joannis B<sup>na</sup> Liquez, Viennensis,  
professionem emisit in Majori Cartusia, die 6 Men-  
sis Octobris, an. 1660, et obiit, Prior D. Eboensis  
mense Septembri an. 1677, habens Missam a B<sup>na</sup>  
per totum Ordinem ex Charta Cap. G<sup>ta</sup> an. 1678.
- ~ V. L. D. Lucas Figueira, prof. D. Eboensis,  
cui praefuit ante 1679, et vivebat monachus an.  
1679 in domo Olyssiponis.
- ~ V. L. D. Joannes Toralba, natione Hispanus,  
professionis vota emisit in Maj. Cartusia, die 19  
Januarii an. 1670. Fuit Prior Comonum Eboen-  
sis et Olyssiponensis, et obiit, hospes in memorata  
D. Eboensi.

Ex Catalogo monachorum Prof. dictae Maj. Cart.

- ~ V. L. D. Franciscus a Purificatione, prof. rega-  
lis D. Eboensis fuit institutus Prior ejusdem  
D. a R<sup>no</sup> Lata G<sup>ta</sup> anno 1793 vel 94, nam et  
Capit. G<sup>ta</sup> habito Bononiae an. 1794 confirmatus  
fuit, a Cap. autem G<sup>ta</sup> anni 1796 fuit delega-  
tus ad absolvendas personas Ordinis a Casib<sup>us</sup> reser-  
vatis Summo Pontifici in Comit<sup>ibus</sup> Lusitaniae, sicut  
et in anno 1797 et 1800, prout videtur in Charta  
Capitulari praefatorum annorum. Obiit tandem an-  
~~no~~ 1826 vel 1827, ejus namque obitus annun-  
tius fuit, in Charta Cap. G<sup>ta</sup> an. 1827.
- ~ V. L. D. Laurentius Antonius Erinus, prof. re-  
giae Cart. Eboensis fuit Prior (electus a Communi-  
tate, die 20 Decem<sup>bris</sup>, an. 1775) <sup>1794</sup> ejusdem D., et  
ibidem Obiit Coadjutor anno 1795 vel 96, ejus si-  
quidem obitus annuntiatus fuit, in Chart. Cap. G<sup>ta</sup>  
[dicti Anni 1796].
- ~ V. L. D. Stephanus a S. Maria Magdalena, pro-  
fessus regalis D. Eboensis, cujus fuit Prior, et obiit  
15 Janu. 1803—1806

an. 1806 vel 1807, prout legitur in Charta Cap.  
9<sup>ta</sup> memorati anni 1807.

- V. L. D. Basilius M<sup>o</sup> Rogueira, natus in  
Ceypido vulgo dicto Corticada, seu Provença Nova,  
professus ejusdem Cartusiae Scala Coeli, a com-  
munitate ejusdem D<sup>i</sup> electus fuit in Priorum die  
ta D<sup>i</sup>, cui praefuit usque ad suppressionem Or-  
dinum monasticorum in Lusitaniâ an. 1834.

Deinde obiit in domo sua paternâ.

Suivent des pages blanches 57.

## Religiosi inclyti Domus Eboensis.

mm

Ex Monachis u. Conversis primis fundatorib<sup>9</sup>  
multa dici possent. Erat enim gens sancta, genus  
electum, populus acquisitionis. Omnes orationi et  
contemplationi dediti, rigidi erga seipsos, mitissimi  
tamen et benigni circa novitios, qui statim ad Do.

num Regiam pro Monasterio (ut supra dictum est)  
coeperunt habitare, tanto odore virtutum affecti  
habitum cartusiensem instantes petierunt et ac-  
ceperunt, inter quos fuerunt successu temporis  
sex illustissimi fundatores commensales.

(Mol. p. 1078).

## Conversus.

Conversus quidam Neapolitanus natione, professus  
D<sup>i</sup> Scala Dei, vixit in D<sup>o</sup> hac multis annis usque ad  
diem quo in illa clausis extremum, qui omnib<sup>9</sup> valde  
exemplaris fuit et praecipue in dual<sup>9</sup> Institutis  
Cartusiensibus nimis commendatis, silentio videlicet  
et fuga mulierum. Ita silentium <sup>sewabatur</sup> ut si per signa  
mentem suam manifestare posset, nunquam verbi  
uteretur. Mulierum colloquia adeo fugiebat ut sa-  
pissimè (quando pro necessitatib<sup>9</sup> D<sup>i</sup> aliquid emere  
cogebatur) internuntio famulo, quem <sup>committabatur</sup> (habebat comitem),  
uteretur. Nunquam de manu famina aliquid accepit.

nec aliquid propria manu tradidit, et si necessa-  
 erat alieni aliquas pecunias solvere, vel in men-  
 sa, si ibi esset, eas ponebat, vel si deesset, in  
 terram projiciebat, et si accepturus esset aliquam  
 ab eis solutionem, si famulus non esset presentis,  
 dicebat: Donec, Dñe, super tabulam, vel in ter-  
 ram projice, si non graveris, quoniam injuriam  
 nullam mihi facis, quia statuta nostra ita disponunt  
 (Molin. p. 1079).

Monachi Regalis Cartusie, ~~propri~~ Scala  
 Cæli, propi Eboram.

- D. Josephus Rodriguez, prof. Eboræ, obiit ex Charta  
 Capitulari an. 1676.
- D. Franciscus a Spiritu S<sup>o</sup>, prof. Eboræ, obiit  
 ex dicta Charta
- D. Ibag. a Conceptione, prof. et Vicarius Eboræ,  
 obiit ex Chart. Cap. 1693 - oblitus fuit, in charta anni preced.  
 entis.
- D. Bernardus a S. Josepho, prof. et Prior Eboræ,  
 obiit ex Chart. Cap. 1696.

- D. Lucas Figueira, prof. Eboræ, alias Prior e-  
 jusdem D<sup>o</sup>, obiit ex Chart. Cap. 1696, hospes in  
 D<sup>o</sup> Olyssipon
- D. Verissimus ab Ascensione, prof. et Procur.  
 Eboræ. obiit ex Chart. Cap. 1696.
- D. Franciscus a S. Josepho, prof. et Sacrista  
 Eboræ. obiit ex Chart. Cap. 1697.
- D. Franciscus Barelli, prof. Scalae Dei Vi-  
 carius Scalae Cæli. propter suam exemplarem  
 conversationem et obedientiam, quæ multum  
 promeruit apud Ill<sup>u</sup>m Archiep. Eborensem ejus-  
 dem Cartusie Scalae Cæli Fundatorem, gra-  
 tiam multumque incitavit eundem ad libera-  
 tissimam ejusdem Fundationem et dotatio-  
 nem, habens plenum Monachatum et Missam  
 et B<sup>1</sup><sup>ca</sup>. Obiit die 21 februarii an. 1590.  
 Ex Chart. Cap. 9<sup>ta</sup> ejusdem
- D. Georgius Pereira, prof. Scalae Cæli, o-  
 biit ex Charta 1604.
- D. Emmanuel Bruno, prof. Regalis Cartu-  
 sia Scalae Cæli, obiit Vicarius D<sup>o</sup> Vallis Mi-  
 sericordiae propi Olyssiponem, habens Mis-  
 sam et Beata per totum Ordinem. Ex Chart.  
 Cap. an. 1612.
- D. Ludovicus Vallente, prof. Scalae Cæli, obiit  
 hospes in D<sup>o</sup> de Paulari. Ex Chart. Cap.  
 an. 1619
- D. Eleutherus Mathos, prof. et Vicarius D<sup>o</sup> E-  
 borensis obiit, ex Chart. Cap. 9<sup>ta</sup> an. 1625
- D. Antonius de Silva, professor D<sup>o</sup> Eboræ,  
 obiit ex Chart. Cap. an. 1635.
- D. Emmanuel Mederes, professor et Antiquior

- D. Eborensis obiit, Ex Chart. Cap. G. an. 1639.
- D. Antonius de Almeida, prof. D. Eborae -  
Obiit. Ex Chart. Cap. G. an. 1643.
- D. Emmanuel Ramalho, prof. D. Eborae  
Obiit. Ex Chart. Cap. an. 1645.
- D. Dominicus Godinho, prof. et Procurator  
D. Eborae. Obiit. Ex Chart. Cap. G. 1647.
- D. Andreas Mendes, prof. et Vicarius D.  
Eborae. Obiit. ex Chart. Cap. G. 1648.
- D. Joannes de Sylveira, prof. ejusd. domus.  
Obiit. et memorata Charta an. 1648.
- E. Gundisalvus a S. Maria, Procurator. ejus-  
dem domus. Obiit. 18 Oct. 1657.
- D. Joannes a S. Brunone, professor et Anti-  
quior D. Eborae. Obiit. Ex Chart. an. 1684.
- D. Joannes Hugo Chassaing, prof. Cartusia.  
obiit, Procurator in D. Eborae, habens Mis-  
sam et Beata per totum Ordinem. Ex  
Charta an. 1672.
- E. Ludovicus Antonius Serrão, prof. D.  
Ulyssiponis. obiit, hospes in D. Eborae.  
Ex Chart. 1664.
- D. Joannes B<sup>na</sup>, professor et Antiquior  
D. Eborae. Obiit. Ex Chart. Cap. G. an. 1664.
- E. Franciscus a Cruce, prof. et Sacrista D.  
Eborae. Obiit. an. 1684 vel 85. Ex Chart. Cap.  
an. 1686.
- E. Dionysus Gondin, prof. D. Eborae
- E. Bartholomaeus. " " } Obierunt
- D. Alvarus Sahandrea " " }  
Ex Chart. Cap. G. 1660.

- D. Bruno Suarez, prof. Eborae, obiit, an  
1675 vel 76. Ex Chart. Cap. G. 1677.
- E. Joseph Barroso, prof. D. Eborae.  
Obiit. Ex Chart. Cap. an. 1677.
- D. Felix da Madre de Deus, Monachus,  
prof. ejusdem D. ibi vivebat an. 1752.
- D. Gaspardus B<sup>na</sup> Corvo, prof. D. Eborens.  
obiit. hospes in D. Xerico. Ex Chart. an. 1675.
- E. Michael a M<sup>o</sup> Joseph, prof. et Proc.  
D. Scala Coeli. obiit, ex Chart. an. 1825.
- E. Bonaventura Joseph a Conceptione, prof.  
et Vicarius D. Scala Coeli. Obiit. Ex Chart.  
an. 1825.
- D. Hieronymus Joseph de Dolorib<sup>o</sup>, prof.  
Scala Coeli. Obiit. Ex Chart. 1825.
- D. Joannes a Resurrectione, prof. et Vica.

rius (et alius Procurator) Scala Coeli Obiit.

Et Chart. Cap. an. 1832o

- D. Joseph Rodriguez

- D. Franciscus a Spiritu S<sup>o</sup>

- D. Joseph de Nostra D<sup>na</sup> de Carmo,  
prof. an. 1818. et Sacrista Scala Coeli.

Obiit in eadem D<sup>o</sup>; ~~vulgo~~ ex epidemico

morbo vulgò Cholera Morbus, an. 1834,

mense Junio, post Decretum suppressionis,

sed paucos dies, antequam Monachi expulsi  
si fuere.

- D. Placidus Joseph da Soledade, natus in  
oppido vulgò Lavirias propè Olysiponem, pro-

fessionem emisit in dicta D<sup>o</sup> Eborensi, et ibidem

fuit Sacrista, Magister Novitiorum, (quorum

unus ego qui hæc scribo fui), et Vicarius usque

ad tempus suppressionis, nempe an. 1834, post

suppressionem ad hospitium Vicarii Monacha-

rum Capueinarum Monasterii vulgò d. Cal-

vario in Urbe Eborensi se recepit; ex quo

loco mihi scripsit ad Magnam Cartusianam

die 26 Augusti an. 1835, dicens sese

habere tunc ætatem circà 67 annorum.

Ibidem obiit, in D<sup>no</sup>, anno ?

- D. Joachim a Presentatione, natus in

oppido vulgò Sobreira Formosa, profes-

sionem emisit monasticam in D<sup>o</sup> Ebo-

rensi die 25 Decemb. an. 1829, et obi-

it in patria sua, die 28 <sup>19<sup>to</sup></sup> Julii anni 1860,

ut mihi testatus est Fr<sup>s</sup> Joseph Geral a Do-

mina nostra Scala Coeli, litteris suis, datis

24 Julii <sup>1860</sup> an. 1860 et 31 Maii 1861, in qui-

bus litteris idem Fr<sup>s</sup> Joseph mihi dixit se

habere ætatem annorum 66.

- D. Bruno a S. Josepho, poeta Lusitanus  
ac Latinus, et vir doctus et eruditus. prof.  
ejusd. D<sup>i</sup>, ubi vivebat an. 1752, qui  
reliquit nonnulla manuscripta,  
des pages Manchen

### Conversi Professi

Regalis Cartusiae Scalae Coeli, prope Eboram

- P<sup>r</sup>. Antonius de Jesu Maria Joseph, con-  
versus, prof. D<sup>i</sup> Scalae Coeli Eboensis, obiit  
an. 1831 vel 32.

- P<sup>r</sup>. Joannes Conversus, prof. ejusdem  
D<sup>i</sup> Ebor. obiit paulo post suppressionem,  
nam ejus obitum mihi misit ad Mag. Car-  
tusiam V. R. Placidus da Soledade, die 26  
Augusti, anno 183f.

- P<sup>r</sup>. Joachim das Chagas (a Plagis),

Conversus, prof. ejusd. D<sup>i</sup> Eboensis, vixit  
etiamnum in loco natali et in Agro oppi-  
di vulgò Villa de Rei, et numerat 85  
annos aetatis suae, ut mihi scribit Fr.  
Joseph Geral die 31 Maii anni labentis  
1861.

### Donati regalis Cartusiae Scalae Coeli Eboensis.

- P<sup>r</sup>. Victorinus de Virgine Maria, dona-  
tus praefatae Domus, obiit an. 1831 vel 32.

Poi revu cette copie de V. M<sup>ie</sup> sur l'original

Laudetur Jesus Christus